



1780 de Naç. tempo del Rosario

cc. Anthonias J. de...

(Francisco Anra S. de...)

URF-301


R. 154.611

OFFICIA PROPRIA
NOMINIS BEATÆ
VIRGINIS MARIÆ,
EIVSQUE SOLEMNITATIS
Rosarij, pro omnibus Regnis Hispaniarum
Regi subiectis, à Ss. Clemente
Decimo concessa.



CVM LICENTIA.
Pompelonæ: Apud GASPAREM MARTINEZ,
Typogr. Regni Navarrae 1672.

OPINION
MEDICAL BOARD
VIRGINIA
FIVE
DATE



15th
1871

DIE XVII. SEPTEMBRIS.
IN FESTO SS. NOMINIS
BEATISSIMÆ VIRGINIS Mariæ.

D V P L E X M A I V S

RECITANDVM.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Missus est Angelus Ga-
briel ad Virginem des-
ponsatam Ioseph, & nomen
Virginis Maria.

*Psalm. Dixit Dominus. Cum
reliquis de Beata Maria.*

*Antiph. A Solis ortu vsque
ad occalum, laudabile nomen
Domini, & Mariæ matris eius.*

*Antiph. Ave Maria gratia
plena, Dominus tecum: bene-
dicta tu in mulieribus.*

*Antiph. Permaneat, & mag-
nificetur nomen tuum vsque
in sempiternum, ò Maria!*

*Antiph. Lauda Ierusalem
Dominum, lauda inclytum
nomen Mariæ.*

Capitulum. Iudith. 13. c.

Benedicta es tu filia à Dño
Deo. excelso, præ omni-
bus mulieribus super terram,
quia hodie nomen tuum ita
magnificavit, vt non recedat
laus tua de ore hominum, qui
memores fuerint virtutis Do-
mini in æternum.

Hymn. Ave maris stella.

*V. Sit nomen Mariæ bene-
dictum.*

*R. Ex hoc nunc, & vsque in
sæculum.*

Ad Magnifi. Antiph.

Mariæ nomen cûctas illustrat
Ecclesias, cui fecit magna,
qui potens est, & sanctam
nomen eius.

ORATIO.

Deus, qui gloriosam ma-
trem tuam Mariam no-
minari voluisti: concede qua-
sumus, vt qui dulce Mariæ no-
men implorant, perpetuum
sentitâ tuæ benedictionis ef-
fectum. Qui vivis, & regnas
cum Deo Patre.

*Deinde fit commemoratio San-
ctorum Cornelij, & Cypriani mar.*

Antiph. Gaudent in cœlis.

V. Exultabunt.

ORATIO.

Beatorum martyrum, pari-
terque Pontificum Corne-
lij, & Cypriani, nos qua-
sumus Domine festa tueantur,
& eorum commendet oratio
veneranda. Per Dominum.

A 2

AD

AD MATVTINVM:

Invitatorium.

A Ve Maria gratiã plena: *
Dominus tecum.

Pſalm. Venite, exultemus.*Hymnus.* Quem terra, pontus,
sidera.*In primò Nocturno, Antiphona.*

In vniverſa terra admirabile
eſt nomen tuum, Maria.

Pſalmus. Domine Dominus
noſter.*Antiph.* In omnem terram
diffuſa eſt laus nominis Marię*Pſalm.* Cœli enarrant.*Antiph.* Super maria, & flu-
mina fundavit Mariam: & de-
dic illi nomen virtutum Rex
glorię.*Pſalm.* Domini eſt terra.

✽. Magnificate Mariã Vir-
ginem mecum.

✽. Et exaltemus nomen
eius in æternum.

*De libro Exodi.**Leſſio j. Cap. 15.*

S Vmpſit Maria prophetiſſa
ſoror Aaron tympanum
in manu ſua: egreſſęque ſunt
omnes mulieres poſt eam cū
tympanis, & choris, quibus
přęcinebat, dicens: Cantemus
Domino; glorioſè enim mag-
nificatus eſt, equum & aſcen-
ſorem eius deiecit in mare.

✽. Laudemus nomen ſa-
crum, atque in ſigne Marię: *

Mundo: nãm peperit Virgo
ſalutis opem.

✽. Latentur cœli de tali no-
mine, & orbis. Mundo.

Leſſio ij.

T Vlit autem Moyses Iſrael
de mari Rubro, & egreſ-
ſi ſunt in deſertũ Sur:ambu-
laverũtque tribus diebus per
ſolitudinem, & non invenie-
bant aquam. Et venerunt in
Mara, nec poterant bibere a-
quã de Mara, eo quod eſſent
amarę: vnde congruum lo-
co nomen impoſuit, vocans
illum Mara, id eſt amaritudi-
nem.

✽. Benedictum ſit nomen
Marię. * Cuius manus torna-
tiles plent hyacinthis.

✽. Implorantibus Marię no-
men Maria. pſeſto addeſt. Ca-
ius manus.

Leſſio iij.

E T murmuravit populus cõ-
tra Moylem, dicens: Quid
bibemus? At ille clamavit ad
Dominum, qui oſtẽdit ei lig-
num, quod cum miſiſſet in a-
quas, in dulcedinem verterã
ſunt. Ibi conſtituit ei pſecepta,
atque iudicia, & ibi tenta-
vit eam, dicens: Si audieris vo-
cem Domini Dei tui, & quod
rectum eſt coram eo feceris,
& obedieris mãdatis eius, cu-
ſtodieris que omnia pſecepta
illius.

illius, cunctū languorem, quē
posui in Ægypto, non inducā
super te: ego enim Dominus
sanator tuus.

✽. Salutemus Mariam pro
nobis Filium exorantem: * Et
illi dicamus: Ave Maria, gra-
tia plena, Dominus tecum.

✽. Hęc est Gedeonis vellus,
quæ levissima orationis com-
pressione larga exhibet gra-
tiarum stillicidia. Et illi dica-
mus. Gloria Patri. Et illi.

In secundo Nocturno, Antiph.

Speciosum Marię nomen
deprecantur omnes divites
plebis, cuius decorem cōcu-
pivit Rex.

Psalmus. Eructavit.

Antiph. Refugium est in tri-
bulationibus Marię nomen
omnibus illud invocantibus.

Psalm. Deus noster refugiū.

Antiph. Maria Civitas Dei
sancta, gloriosa dicta sunt de
nomine sancto tuo.

Psalmus. Fundamenta eius.

✽. Repletur os meum lau-
de Marię.

✽. Ut cantem gloriam no-
mini sancto eius.

Sermo S. Epiphaniij Episcopi
Orat. de Laud. Virg. sub initio.

Letitio 17.

BEATA Anna grvida effec-
ta, cœlum, & thronum
Cherubicum peperit sanctam

puellam Mariam: illa enim re-
peritur esse cœlum, templum,
& thronus, quia Mariā inter-
pretari solemus Dominā, ac
que etiam spem. Peperit enim
Dominum, qui est spes totius
mundi, nempe Christum. Rur-
sum nomen illud Maria in-
terpretatur myrrha maris. My-
rrham verò dicit aliquis (quod
ego etiam aio) de immorta-
litate, eo quod patitura esset
gemmam immortalē in ma-
ri, hoc est in mundo. Mare au-
tem dicit univērsam mundū,
cui Virgo serenitatem, & trā-
quillitatem contulit, dum por-
tum peperit Christum.

✽. Benedicta tu à Domino
Deo tuo in omni tabernaculo
Jacob. * Quoniam in omni
gente, quę audierit nomē tuū,
magnificabitur super te Deus.

✽. Tu gloria Ierusalem, tu
letitia Israel, tu Maria hono-
rificentia populi nostri. Quo-
niam in omni.

Letitio 17.

Rursus itaque præclarę
puellę Marię beatū no-
men interpretatur illustrata;
utpote quę illustrata sit à Fi-
lio Dei, & cunctos usque ad
terminos terrę credētes Tri-
nitati illuminaverit. Sancta
enim puella Virgo Maria est
sponsa Trinitatis, & thesaurus

dispensationis planè arcanus; cui Gabriel inquit: Ave gratia plena, Dominus tecum, subiunxit Gabriel. Et Pater misit an̄thabonem de cœlo. Spiritũ Sanctum, præparavit Virginem v̄nigenito Filio, cœlesti sp̄slo, quam Pater dilexit, Filius inhabitavit, Spiritus sanctus percupivit.

℞. Melius est bonum nomē, quàm divitiarum multarum. * Turris fortissima Marię nomen.

℥. Propugnaculum, est omnibus qui ad illud confugiunt. Turris fortissima.

Lectio vj.

Ipsa est enim sponsa, & thalamus, & ex ea sp̄slo procedit Christus virgineum indumentum, iuxta suavem Davidis Prophetę canticum: In sole posuit tabernaculum suũ, & ipse tamquam sp̄slo procedens de thalamo suo. O sp̄slo si desiderium summę puritatis, propriam ancillam propensiore affectu constituit sp̄slo, & matrem!

℞. Nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei: * Et scient, quia ego Maria.

℥. Delitię meę esse cum filiis hominum. Et scient. Gloria Patri. Et scient.

In tertio Nocturno. Antiph.

Nuntiate inter gentes gloriam Marię, in omnibus populis mirabilia nominis eius.

Psalmus. Cantate 1.

Antiph. Annuntiaverunt cœli nomen Marię: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Psalm. Dominus regnavit, exulter.

Antiph. Notum fecit Dominus sacrum Marię nomen, & in conspectu gentium revelavit virtutem nominis eius.

Psalmus. Cantate 2.

℥. Ave Maria, gratia plena.

℞. Dominus tecum.

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 1.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilę, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph, de domo David; & nomē Virginis, Maria. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi.

Abbatis.

Homil. 2. super Missus, in fine.

Et nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca, & super hoc nomine, quod interpretatum, maris stella dicitur, & matri Virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namque aptissime sideri cõ-

para-

paratur: quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium; sic absque sui læsione Virgo parturit Filiū. Nec si deri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta; cuius radius vniversum orbem illuminat, cuius splendor & præfulget in supernis, & in feros penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes quam corpora: fovet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara, & eximia stella super hoc mare magnū, & spatiosum necessariō sublevata, micās mentis, illustrans exēplis.

* Clarissimum Mariæ nomen ipsa stella est. præfulgēs: * Peccatores illuminat, & dirigit in portum salutis.

*. Consolatur tristes, miseros levat, & iacentes erigit. Peccatores.

Benedictio. Cuius festum celimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viij.

O Quisquis te intelligis in huius sæculi profluvio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare, ne avertas

oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationū, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractio nis, si æmulationis: respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concussit, ferit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiaē fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitię, desperationis abyssō, cogita Mariam.

*. Omnia flumina intrant in mare, & ipsum non redundat: * Omnia gratiarum charismata in Mariam, & ipsa nō intumescit.

*. Dixit illi Angelus: Ave Maria gratia plena. At ipsa respondit: Ecce ancilla Domini. Omnia. Gloria Patri. Omnia.

Lectio ix.

In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde; & vt impetres eius orationis suffragium, non deferas conversationis exemplū.

Ip-

8
Ipsam sequens non devias: ip-
sam rogans, non desperas: ip-
sam cogitans, non erras. Ipsa
tenete, non corruis: ipsa pro-
tegente, non metuis: ipsa du-
ce, non fatigaris: ipsa propi-
tia, pervenis: & sic in temet-
ipso experitis quam merito
dictum sit: Et nome Virginis
Maria. Te Deum laudamus

AD LAVDES

& per horas, Añã.

Mirabiles elationes ma-
ris, sed mirabilior in no-
mine Marię Dominus.

Psalm. Dominus regnavit. *Cũ
reliquis.*

Antiph. Laudate in exalta-
tione Marię nomen, quoniam
suave est.

Antiph. Labia mea lauda-
bũt te, o Maria, quia dulce est
nomen tuum super mel ori
meo.

Antiph. Spiritus, & animę
iustorum benedicant Mariam
in nomine sancto eius.

Antiph. Beneplacitum est
Domino in nomine Marię, in
quo exaltavit mansuetos in
salutem.

Capitulum Iulith. 13.

Benedicta es tu filia a Do-
mino Deo excelso, præ
omnibus mulieribus, super ter-
ram: quia hodie nomen tuum

ita magnificavit, vt non rece-
dat laus tua de ore hominũ,
qui memores fuerint virtutis
Domini in æternum.

Hymn. O gloriosa Virginũ.

¶. Letabor, & exultabo in
te, Maria.

¶. Psalmum dicam nomini
tuo.

Ad Benedictus, Antiph.

Benedictus Deus, quia Marię
Virgini lucis nomen donavit,
vt illuminaret eos, qui in te-
nebris sedent; & vt itella ma-
ris errantes dirigeret in por-
tum pacis.

ORATIO.

DEus, qui gloriosam ma-
trem tuam Mariam no-
minari voluisti: concede pro-
pitius, vt qui dulce Marię no-
men implorant, perpetuum
sentiãt tuę benedictionis ef-
fectum. Qui vivis, & regnas
cum Deo Patre.

Ad Primam, Antiph. Mira-
biles.

Ad Tertiam, Antiph. Lau-
date.

Capitulum. Benedicta es tu,
vt supr.

¶. Breve. Magnificate, *
Mariã Virginem mecũ. Mag-
nificate.

¶. Et extollamus nomen
eius in æternum. Marã. Glo-
ria Patri. Magnificate.

¶. Re;

✠. Repleatur os meum lau-
de Marię.

✠. Vt cantem gloriam nomi-
ni sancto eius.

Ad Sextam, Antiph. Labia
mea.

Capitulum. Judith. 13.

Benedicta tu a Deo tuo in
omni tabernaculo Iacob;
quoniam in omni gente, quę
audierit nomē tuum, magni-
ficabitur super te Deus Israel.

✠. *breve.* Repleatur os meū,

* laude Marię. Repleatur

✠. Vt cantem gloriam nomi-
ni sancto eius. Laude Marię.

Gloria. Repleatur.

✠. Ave maria, gratia plena.

✠. Dominus tecum.

Ad Nonā, Añā. Beneplacitū est

Capitulum. Ezech. 16.

Egressum est nomen tuum
in gētes propter speciem
tuam; quia perfecta es in de-
core meo, quem posueram su-
per te, dicit Dominus Deus.

✠. *breve.* Ave Maria; * Gra-
tia plena. Ave ✠. Dominus

tecum. Gratia. Gloria Patri.
Ave.

✠. Letabor, & exultabo in te,
Maria.

✠. Psalmū dicā nomini tuo.
*In secundis Vesperis omnia di-
cuntur, vt in primis Vesperis.*

Ad Magnificat, Antiphona.
Maria Virgo omnium oculis
gratiola: nominatum est no-
men glorię eius vsque in ex-
tremum terrę.

Oratio vt supra.

*Deinde fit Cōmemoratio S. Tho-
ma de Villanueva Episcopi, &
Confessoris: Añā. Dispersit, de-
dit pauperibus: iustitia eius
manet in seculum seculi.*

✠. Amavit.

O R A T I O

Deus qui Beatum Thomā
Pontificem insignis in
pauperes misericordię virtute
decorasti; quęsumus, vt eius
intercessione in omnes, qui te
deprecantur, divitias miseri-
cordię tuę benignus effundas.
Per Dominum.

DON FRAY PEDRO ROCHE POR LA
gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica,
Obispo de Pamplona, del Consejo
de su Magestad.

Hazemos saber, como a instancia de la Reyna nuestra se-
ñora, Nuestro muy Santo Padre Clemente X. por vn
Breve

Breve fuyo, expedido a siete de Octubre del año pasado, que en nuestro poder queda, ha concedido, *in perpetuum*, Indulgēcia plenaria, y remision de todas sus culpas, y pecados, a todos los fieles Christianos, que confesados, y comulgados, con verdadero dolor de ellos, rogaren a Dios por la paz, y concordia entre los Principes Christianos, extirpacion de las heregias, y exaltacion de la Santa Fè Catholica, y oyeren la Miffa solemne, que el dia 17. de Setiembre se celebrare al santissimo nombre de *Maria*, en qualquier Iglesia de los Reynos, Estados, y Señorios de nuestro Rey, y Señor Carlos II. Siēdo nuestra voluntad, esta concesion se publique, y haga notoria en todo este nuestro Obispado, por el Retor, Vicario, ò Cura de sus Iglesias, a quienes encargamos, y mandamos lo executen assi; y pongan memoria della en parte, donde para siempre jamas permanezca la que se deve tener de semejante gracia.

SOLEMNITAS
S ANCTISSIMI ROSARII
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.
D V P L E X M A I V S.

In omnibus Regnis Hispaniarum Regi subiectis celebranda ab omnibus utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas recitandas tenentur, Dominica prima intra Kalendas mensis Octobris. Officium fit, ut in festo S. Mariæ ad Nives, die quinta Augusti, cum lectionibus 2. nocturni de Nativitate B. Virginis Mariæ mutato verbo (natali) (in verbo solemnitate.)

Si in ea occurrat festum primæ, vel secundæ clasís, tunc festum Rosarij fiet in Dominica sequenti. Duplex, vel semiduplex occurrens, transfertur in primam diem non impeditam.

Ora-

Oratio propria.

Suplicacionē fervorū tuorū Deus miserator exaudi, vt qui in solēnitatē Sacra-

tissimī Rosarij Dei Genitricis, & Virginis congregamur, eius intercessionibus a te de instātibz periculis eruamur. Per eundem Dominum, &c.

Hac die Missa celebratur, vt in Missa votiva de Sancta Maria à Pentecoste, vsque ad Adventum. Incipit, Salve sancta Parens, &c. Exceptis Orationibus, quæ hic apponuntur.

Oratio

Solemnitatē Rosarij beatissimæ Virginis Marię genitricis tuę celebrantes, quæsumus Domine, benigno favore prosequere: quatenus ita ipsius sacra mysteria contemplemur in terris, vt post huius vite cursum, eorum fructus percipere mereamur in cælis. Qui vivis, & regnas, &c.

sancta Rosarij genitricis tuę mysteria gratulari: vt continuè eadem contēplantes, perpetuè nobis fiāt causa letitię. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in vnitatē Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ⁊ Amen.

Secreta

Vivifica nos, quæsumus Domine, tui ipsius hostia salutari: & sanctissimæ Matris tuę Rosarij solemnia recolentes, interiori Spiritus sancti innoatione sanctifica. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in vnitatē eiusdē Spiritus, &c.

Post Communio.

Concede quæsumus Domine semper nos per hæc:

In Missis votivis Sanctissimī Rosarij dicatur Missa de tempore occurrente, cum orationibus huius, mutato verbo Solemnitatem, in commemorationem, & solemniam, in memoriam. Prefatio. Et te in veneratio-

Officium SS. Eustachij, & Sociorū Martyrū, quod hæcenus ab Ecclesiā vniuersali sub ritu semiduplici die vigesima Septembris recitatum est, denuò Sanctissimus D. Noster Divina Providentiā

Pa. a.

Papa Clemēs Decimus indul-
 fit ad preces Excellentissimi
 Ducis Segorbię, & Cardo-
 nę, Neapolis Proregis, & apud
 Sanctitatem suam Catholici
 Regis obedientię Oratoris, vt
 in posterum sub ritu duplici
 recitetur, & ideo mādavit ab
 omnibus, qui ad Horas Cano-

nicas tenentur tūm Saculari-
 bus, tūn Regularibus, vtriuf-
 que sexus, sub eodem ritu re-
 citari. Hac die 16. Ianuarij
 1671. M. Episcop. Portuensis
 Card Ginetrus. Locot Sigilli
Bernardinus Casalius, Sac. Rit.
Congr. Secret.

LAVS DEO.



OFFICIUM
DE SEPTEM DOLORIBVS
B. MARIÆ VIRGINIS.

Concessum Fratribus Ordinis Servorum.

ET A SANCTISSIMO DOMINO
Clemente X. pro omnibus Catholici Regis Regnis
& Dominijs, feria 6. post Dominicam
Passionis, extensum.

AD VESPERAS.

Antiph. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Psalmus 115.

C Redidi, propter quod locutus sum, &c.

Antiph. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Antiph. Dilectus meus candidus, & rubicundus, coma capitis eius sicut purpura Regis vincta canalibus.

Psalmus 110.

A D Dominum cum tribularer clamavi, &c.

Antiph. Dilectus meus candidus, & rubicundus: coma capitis eius sicut purpura Regis vincta canalibus.

Antiph. Quò abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quò dilectus tuus declinavit?

Psalmus 139.

E Ripe me Domine ab homine malo, &c.

Antiph. Quò abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quò dilectus tuus declinavit?

Antiph. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

A *Psalm.*

Psalms 140.

Domine clamavi ad te,
exaudi me, &c.

Antiph. Fasciculus myrrhæ
dilectus meus mihi, inter vbera
mea commorabitur.

Antiph. Fulcite me floribus,
stipate me malis, quia
amore languedo.

Psalms 141.

Voce mea ad Dominum
clamavi, &c.

Antiph. Fulcite me floribus,
stipate me malis, quia amore
languedo,

Capitulum. Isaiæ 53.

Quis credidit auditui nostro,
& brachium Domini
cui revelatum est? & ascendet
sicut virgulam coram eo,
& sicut radix de terra ficti.

Hymnus.

Stabat Mater dolorosa,
Iuxta Crucem lachrymosa,
Dum pendebat Filius.

Cuius animam gementem,
Contristantem, & dolentem,
Pertransivit gladius.

O quam tristis, & afflicta
Fuit illa benedicta,
Mater Vnigeniti!

Quæ morebat, & dolebat,
Et tremebat cum videbat
Nati pœnas inclyti.

Quis est homo qui nõ fieret,
Christi matrem si videret,

In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,
Piam matrem contemplari
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suæ gentis
Vidit Iesum in tormentis,
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum,
Morientem desolatam,
Dum emisit spiritum.

Eia mater fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, vt tecum lugeam.

Fac vt ardeat cor meum
In amando Christum Deum.
Vt sibi complaceam, Amen.
¶. Ora pro nobis Virgo do-
lorosissima.

¶. Vt digni efficiamur pro-
missionibus Christi.

Ad Magnificat. *Antiph.*
Tuam ipsius animam (ait ad
Mariam Simeon) pertransibit
gladius.

Oratio.

Interveniat pro nobis qua-
sumus Domine Iesu Christe
nunc; & in hora mortis nostræ
apud tuam clementiam, beata
Virgo Maria mater tua, cuius
sacratissimam animam in ho-
ra tua passionis doloris gla-
dius pertransivit. Qui vivis &
regnas cum Deo Patre in vni-
tate Spiritus Sancti Deus, Per
omnia secula seculorum.
¶. Amen.

AD

AD MATVTINVM

Invitatorium.

Dolores gloriosæ recolentes Virginis. Dominum pro nobis passum venite adoremus.

Psalms. Venite exultemus.

Hymnus.

Sancta Mater istud agas
Crucifixi fige plagas.
Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum divide.

Fac me verè tecum flere
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.

Iuxta Crucem tecum stare.
Te libenter sociare
In planctu desidero. Amen

In primo Noctur. Antiphona.

Astiterunt Reges terræ, &
Principes cōvenerunt in vñu
adversus Dñm, & adversus
Christum eius.

Psalms 2.

Quare fremuerunt gentes, &c.

Antiph. Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in vnum adversus Dominum, & adversus Christum eius.

Antiph. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto tuo.

Psalms 3.

Domine, quid multiplicati sunt, &c.

Antiph. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto tuo.

Antiph. Factum est cor meum tanquam cera liquefcens in medio ventris mei.

Psalms 12.

Vsquequo Domine oblivisceris me in fine? &c.

Antiph. Factum est cor meum tanquam cera liquefcens in medio ventris mei.

¶. Posuit me desolatam.

¶. Tota die mœrore confectam.

Pater noster. *Absolutio.* Exaudi Domine.

¶. Iube Domine. *Benedictio.* Benedictione perpetua.

De Isaia Propheta.

Lectio 1. Cap 53.

Quis credidit auditui nostrorum, & brachiū Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum corā eo, & sicut radix de terra sitienti. Nō est species ei, neque decore: & vidimus eum, & nō erat aspectus, & desideravimus eum: despectum, & novissimū virorū, virum dolorum, & scientē infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus

vnde

vnde nec reputavimus eū. Ve
re languores nostros ipse tu-
lit, & dolores nostros ipse por-
tavit: & nos putavimus eū qua-
si leprosum, & percussū à Deo
& humilitatum. Ipse autē vul-
neratus est propter iniquita-
tes nostras, attritus est prop-
ter scelera nostra: disciplina
paciſ nostræ super eum, & li-
vore eius sanati sumus. Tu au-
tem.

¶ Dilectus meus cādidus, &
rubicandus; & totus desidera-
bilis. Omnis enim figura ei
amōre spirat, & ad redaman-
dū provocat caput inclinatū,
manus expāſæ, pectus apertū.

¶ Pijs. ò Virgo, spectas eum
oculis, contemplans in eo nō
tam vulnerum livorem, quam
mundi salutem. Omnis enim.

Benedictio. Unigenitus Dei fi-
lius. *Lectio ij.*

Omnēs nos quasi oves er-
ravimus, vnusquisque in
viām suā declinavit: & posuit
Dominus in eo iniquitatē om-
niū nostrum. Oblatus est quia
ipse voluit, & non aperuit os
suum: sicut ovis ad occisionē
ducebatur, & quasi agnus corā
tōdente se obmutescet, & nō
aperiet os suū. De angustia, &
de iudicio sublatus est: genera-
tionē eius quis enarrabit? quia
abscissus est de terra viventium:

propter scelus populi mei per-
cussus eū. Et dabit impios pro
sepultura, & divitē pro mor-
te sua: eo quod iniquitatem
non fecerit, neque dolus fue-
rit in ore eius.

¶ Manus eius tornatiles, cla-
vorum cuspede terebratæ. Hu-
manæ salutis pretio quasi hya-
cintidis refertæ.

¶ Cornua in manibus eius:
ibi abscondita est fortitudo
eius: sunt enim manus eius.
Humanæ salutis.

Benedictio. Spiritus Sācti gra-
tia. *Lectio iij.*

ET Dominus voluit cōtere
re eū in infirmitate: si po-
fuerit pro peccato animā suā,
videbit semen longevū, & vo-
luntas Domini in manu eius
dirigetur. Pro eo quōd labora-
vit anima eius, videbit, & fa-
turabitur: in scientia sua iusti-
ficabit ipse iustus servus me-
multos, & iniquitates eorū ip-
se portabit. Ideō dispersit eum
plurimos, & fortium dividit
spolia, pro eo quod tradidit
in mortē animā suam, & cum
sceleratis reputatus est: ipse
peccata multorum tulit, &
pro transgressoribus rogavit.
¶ Diligēbat Iesus Ioān-
nem: Quia specialis prærogativa
castitatis ampliori dilectione
eum fecerat dignum, quia vir

go electus ab ipso, virgo in
ævum permansit.

¶. In Cruce denique moritu
rus huic matrè virginem vir-
gini commendavit: Quia spe-
cialis. Gloria. Quia.

In secundo Nocturno.

Antiph. Inimici mei dixerunt
mala mihi: Quando morietur,
& peribit nomen eius.

Psalmus 40.

Beatus qui intelligit super
egenum &c. *feria 3.*

Antiph. Inimici mei dixerunt
mala mihi: Quando morietur,
& peribit nomen eius.

Antiph. Deus vitam meã an-
nuntiavi tibi: posuisti lacri-
mas meas in conspectu tuo.

Psalmus 55.

Miserere mei Deus, quo-
niam, &c. *feria 4.*

Antiph. Deus vitam meam
annuntiavi tibi posuisti lachry-
mas meas in conspectu tuo.

Antiph. Filij hominum, den-
tes eorum arma, & sagittæ,
& lingua eorum gladius acu-
tus.

Psalmus 56.

Miserere mei Deus, mise-
rere mei, &c. *feria 4.*

Antiph. Filij hominum, den-
tes eorum arma, & sagittæ, &
lingua eorum gladius acutus
¶. Facies mea intumuit à fletu

¶. Et palpebræ meæ caligavi-
verunt.

Pater noster.

Absolutio. Ipsius pietas.

¶. Iube Domine.

Benedict. Deus Pater omni-
potens.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis
Ex Serm. de 12. stellis.

Lectio iv.

Martyrium Virginis, tam
in Simeonis prophetia,
quam in ipsa Dominicæ Pas-
sionis historia comendatur.
Positus est hic (ait sanctus se-
nex de puero Iesu) in signum
cui contradicetur; & tuam ip-
sius animam (ad Mariam au-
tem dicebat) per transibit gla-
dius. Verè tuam, ò beata Ma-
ter, animam per transivit. Alio-
quin non nisi eam per tran-
sicens, carnem filij tui penetra-
ret. Et quidem postea quam
emisit spiritum tuus ille Iesus,
ipsius planè non attigit ani-
mam crudelis lancea, quæ ip-
sius aperuit latus, sed tuam
vtique animam per transivit.
Ipsius nimirum anima iam ibi
non erat, sed tua planè inde
nequibat avelli.

¶. Tenebræ factæ sunt cum
crucifixissent Iesum Iudæi, &
circa horam nonam exclama-
vit Iesus voce magna, Deus
meus

meus , vt quid dereliquisti
me? * Et inclinato capite emi
sit spiritum.

7. Quis tibi nunc sensus, dū
cernis talia, Virgo? Et inclina
to capite. *Benedict.* Christus
perpetua.

Lectio v.

TVā ergo pertransiuit ani
mā vis doloris, vt plus
quā Martyrem non immeritō
prædicemus, in qua nimirum
corporeæ sensum passionis
excesserit compulsionis affe
ctus. An non tibi plusquam
gladius fuit sermo ille, reuera
pertransiens animam, & per
tingens vsque ad divisionem
animæ, & spiritus, mulier ec
ce filius tuus? O commutatio
nem! Ioannes tibi prolesu tra
ditur, seruus pro Domino, dis
cipulus pro Magistro, filius
Zebedæi pro filio Dei, homo
purus pro Deo vero. Quomo
do non tuam affectuosissimā
animam pertransiret hæc au
ditio, quando & nostra, licet
faxeæ, licet ferreæ pectora sola
recordatio scindit?

8. Passio Domini. * Ipsam
eius matrem carnali orbitate
graviter percussam, vehemen
tissime contristavit. 7. Fer
rum læceæ militaris, latus qui

dem Salvatoris, animam verò
transiuit Virginis matris. Ip
sam eius matrem.

Bened. Ignem sui amoris.

Lectio vi.

NON miremini, fratres,
quod Maria martyr in
anima fuisse dicatur. Miretur
qui non meminerit se audivil
se Paulum iater maxima gen
tium crimina memorantem,
quod sine affectione fuissent.
Longè id fuit à Mariæ visceri
bus longè sit à servulis suis.
Sed fortè quis dicat: Nūquid
non eum præcierat moritu
rum? Et indubitanter. Num
quid non sperabat continuo
resurrecturum? Et fideliter.
Super hæc doluit crucifixum?
Et vehementer. Alioquin quis
nam tu frater, aut vnde tibi
hæc sapientia, vt mireris plus
Mariam compatiens, quam
Mariæ filium patientem? Ille
etiā mori corpore potuit ista
commori corde non potuit?
Fecit illud charitas, qua ma
iorem nemo habuit: fecit &
hoc charitas, cui post illam si
milis altera non fuit.

8. Quis mihi det te fratrem
meum fugentem vbera matris
meæ, & inherendo lateri tuo;
vt sanguis tuus sanguinem
meum tangat, & tergat: * vt

font

fons aquæ tuę de scaturigine
recti cordis, per venas boni
operis, in finem æternæ felici-
tatis exiliat?

¶. Filij tui de longè veniet,
& filia tuę de latere surgent.
Vt fons. Gloria. Vt fons.

In tertio Noctur.

Intenderunt arcum, rem a-
maram, vt sagittent in occul-
tis immaculatum.

Psalmus 63. ser. 4.

EXaudi Deus orationem
meam, &c.

Antiph. Intenderunt arcum,
rem amaram, vt sagittent in
occultis immacularum.

Antiph. Factus sum sicut ho-
mo sine adiutorio, inter mor-
tos liber.

Psalmus 87

Domine Deus salutis
meę, &c. *ser. 6.*

Antiph. Factus sum sicut ho-
mo sine auditorio, inter mor-
tuos liber.

Antiph. Replevit me amari-
tadinet, inebriavime absyn-
thio.

Psalmus 80.

Deus laudem meam ne ta-
cueris, &c. *ser. 10.*

Antiph. Replevit me amaritu-
dine inebriavit me absynthio.

¶. Deus vitam meam an-
nuntiavi tibi.

¶. Posuisti lachrymas meas
in conspectu tuo.

Pater noster. *Abolut.*

A vinculis.

¶. Iube Dom. *Benedictio.*
Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelij secun-
dum Ioannem.

Lectio viij. Cap. 19.

In illo tempore: Stabāt iux-
ta Crucem Iesu Mater eius,
& soror matris eius Maria
Cleopha, & Maria Magdale-
nę. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Tract. 119. in Ioann.

Hęc nimirum est illa ho-
ra, de qua Iesus aquam
conversurus in vinum, dixerat
matri. Quid mihi, & tibi est
mulier? Nondum venit hora
mea. Hanc itaque hora n præ-
dixerat, quę tunc nondum ve-
nerat, in qua deberet agnos-
cere moriturus, de qua fuerat
mortaliter natus. Tunc ergo
divina facturus: non divinita-
tis, sed infirmitatis matrem ve-
lut incognita repellebat: nūc
autem humana iam patiens,
ex qua fuerat factus homo, af-
fectu commendabat humane.
Tunc enim qui Mariam crea-
verat, innotescebat virtute:

nunc :

nunc verò quem Maria pape-
rerat, pendeat in Cruce. Mo-
ralis igitur insinuat locus.
Facit quod faciendum admo-
net, & exemplo suo suos mi-
nistros instruit præceptor bo-
nus. Ut à filijs pijs impenda-
tur cura parentibus: tanquam
lignum illud vbi fixa erant
membra morientis, etiam ca-
thedra fuerit Magistri docen-
tis.

¶. Doleo super te fili mi Iesu
decore nimis, & amabilis su-
per amorem mulierum: * Si-
cut enim mater vnicum dili-
git filium, ita ego te diligebã
¶. Defecit in dolore vita mea
& anni mei in gemitibus. Si-
cut.

Benedictio. Cuius festum co-
limus.

Leitio viij.

EX hac sana doctrina didi-
cerat Paulus Apostolus,
quod docebat quando dice-
bat: Si quis autem suis, & ma-
ximè domesticis non provi-
det, fidem negavit, & est in fi-
dei deterior. Quid autem tã
cuique domesticum, quam pa-
rentes filijs, aut parentibus fi-
lijs? Huius itaque saluberrimi
præcepti ipse Magister Sãcto-
rum de se ipso constituebat
exemplum, quando non vt fa-
mulę Deus, quam creaverat,

& regebat, sed vt matri homo
de qua creatus fuerat, & quã
relinquebat, alterum pro se
quodãmodo filiũ providebat.
¶. Eia mater fons amoris, fac
nos sentire vim doloris, & te-
cum iugeamus. * Et Domini-
cæ Passionis fructum sentia-
mus.

¶. Et sicut filius tuus Iesus
pro nobis mortuus est, & resur-
rexit, ita & nos commortui
cum eodem resurgamus. Et
dominicæ.

Gloria. Et Dominicæ.

Benedictio. ¶. Ad Societatem.

IX. Leitio de feria.

Te Deum laudamus.

AD LAVDES.

Et per horas. *Antiph. Vt in
Vesperis.*

Capitulum. *Isaia 53.*

Quis credidit auditui no-
stro? & brachium Domi-
ni cui revelatum est? & ascen-
det sicut virgultum corã eo,
& sicut radix de terra sitienti

Hymnus.

Virgo Virginum præclara.
Mibi iã non sis amara,
Fac me tecum plangere.

Fac vt portę Christi mortę.
Passionis eius sortem,
Et plagas recolare.

Fac me plagis vulnerari,

Cruce

Cruce hac inebriari,
Ob amorem filij.

Inflammatuſ, & accenſuſ,
Per te Virgo ſim deſenſuſ.
In die Iudicij.

Fac me Cruce cuſtodiri,
Morte Chriſti præmuniri,
Conſoveri gratia.

Quando corpus morietur.
Fac vt animę donetur
Paradiſi gloria. Amen,

¶ Ora pro nobis Virgo do-
loroſiſſima.

℞. Vt digni efficia mur pro
miſericordiis Chriſti.

Ad Benedictuſ.

Antiph. Cum vidiffet Ieſuſ
matrem ſtantē iuxta Crucem,
& diſcipulum quē diligebat,
dicit matri ſuę Mulier, ecce
filiuſ tuuſ. Deinde dicit diſ-
cipulo: Ecce mater tua.

Oratio.

Interveniat pro nobis, que-
ſumus Domine Ieſu Chriſte,
nunc & in hora mortis noſtrę
apud tuã clementiam, beata
Virgo Maria mater tua, cuiuſ
ſacraſſimam animã, in hora
tuę paſſionis doloris gladius
pertranſivit. Qui vivis, & reg-
nas, &c.

*Horarum Hymni terminabuntur
per Verſum:* Ieſu tibi ſit gloria.

Ad Primam. *Antiph.* Vadã
ad montem.

¶ Breve: Chriſte fili.

℞. Qui paſſuſ eſ pro homine
Ad Tertiam. *Antiph.* Dilectuſ
meuſ.

Capitulum. Quis credidit, vt
ſupra.

℞ Breve: Poſuit me.
Deſolatam. Poſuit.

¶ Tota die mœrore confe-
ſtam. Deſolatam.

Gloria Patri. Poſuit.

¶ Facieſ mea intumuit à
fletu.

¶ Palpebrę meę caligave-
runt.

Ad Sextã. *Antiph.* Quò abiit.

Capitulum. *Iſaię.*

Ipe vulneratuſ eſ propter
iniquitateſ noſtraſ, attrituſ
eſ propter ſcelera noſtra, diſ-
ciplina pacis noſtrę ſuper eũ,
& liqore eiſ ſanati ſumuſ.

℞. Breve. Facieſ mea, Intu-
muit à fletu. Facieſ mea.

¶ Et palpebrę meę caliga-
verunt. Intumuit. Gloria Pa-
tri. Facieſ mea.

¶ Deus vitam meam an-
nuntiavi tibi.

℞. Poſuiſti taylorum meoſ
in conſpectu tuo.

Ad Nonam. *Antiph.*

Fulcite me floribuſ.

Capitulum.

Capitulum. *Isaia.*

Generationem eius quis
Genarrabit? quia abscissus
est de terra viventiu, propter
scelus populi mei percussus eū

R. Breve. Deus vitam meā,
annuntiavi tibi.

Deus vitam meam.

Ps. Posuisti lachrymas meas
in conspectu tuo.

Annuntiavi. Gloria. Deus
vitam meam.

Ps. Ora pro nobis Virgo
dolorosissima.

R. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

In secundis *Vesperis.* Om-
nia ut in primis. *Antiph.*

Ad Mag. Cum vidisset Iesus
&c.

F I N I S.

CVM LICENTIA;

•Pompelonæ: Apud Gasparis Martinez, Typogr;

Regni Navarrae. Anno 1672.

Capi

